



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Sessio III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Aetorum. Pars II.

Sessio II.

DIE postero, qui fuit 3. Cal. Septembris, sessio altera habita est, non mane, sed hora circiter decimanona.

Cuius sessionis initio rite facto ex prescripto statuarum ceremoniarum, gesta hec sunt.

Lectum est de loco superiore decretum Tridentinum sessione xxv. cap. x. decri. de reform. de iudicibus quibus causae delegandas sunt.

Quo decreto recitato, iudices Vicarij iussu, ordine nominati sunt: de quibus synodus duodecim delegit.

Deinde proaunciatu publicè decreto Tridentino de examinatoribus, multi nominatim propositi fuerunt, quos octo synodus probauit suffragijs per schedulam occulte latis. Postea examinatores probati iuriandum praestiterunt ex illo decreto.

His peractis cum aduerseretur, sessio hec dimissa est, & sequens indista ad horam matutinam.

Sessio III.

PRIDIE Calendas Septembris sessio III. acta est summo mane, primùm Missa celebrata, & precibus rite adhibitis, post promulgata & recitata publicè fuerunt decreta Tridentina, quæ præcipue pertinebant ad fundamenta iacienda disciplina & correctionis morum. Atque haec quidem sunt, quæ infra mox ordine notantur.

Decretum de Seminario, sess. xxiiii. cap. xviiii. decri. de reform.

Decreta duo de vita & honestate clericorum, unum in sess. xiv. cap. vi. alterum in sess. xxii. cap. i. decri. de reform.

Decretum de dignitatibus ecclesiasticis, sess. xxiv. cap. xiiii. decri. de reform.

Decretum de vestitu, capite eodem.

Decretum de sacerdotibus illiteratis, sess. xxii. cap. vi. decri. de reform.

Decretum contra concubinarios, sess. xxv. cap. xiv. decri. de reform.

Decretum de filiis sacerdotum, ibidem cap. xv.

Decreta duo de residentia, unum in sess. vi. cap. i. alterum in sess. xxiiii. cap. i. decri. de reform.

Decretum de multitudine beneficiorum, sess. xxiv. cap. xviiii. decri. de reform.

Decreta duo de predicatione, alterū in sessione v. cap. ii. alterū in sess. xxiv. cap. iv. decri. de reform.

Decretum de purgatorio, sess. xxv.

Decretum de invocatione, & venerazione sanctorum, sess. xxv.

Decretum de uitandis in celebratio ne Missæ, sess. xxii.

Decretum de legatis piis, sess. xxv. cap. iv. decret. de reform.

His decretis ordine euulatis ac recitatis, P. Benedictus Palmius Societatis Jesuitarum præclarum sermonem habuit de residentia & disciplina cleri. Atque haec quidem mane acta sunt.

Pomeridiana autem sessio eius diei hora circiter decimanona incœpit: in qua gesta sunt haec.

Recitatum est publicè decretum de confessariis examinandis, sessio. xxiiii. decri. de reform. cap. xv.

Decretum item de frugalitate clericali, & dispensatione bonorum ecclesiasticorum, sess. xxv. cap. i. de reform.

Decretum de visitatione, sess. xxiv. cap. x.

Decretum de usurpantibus bona ecclesiastica, sess. xxii. cap. xi. decri. de reform.

Decretum contra quæstuarios, sess. xxii. cap. ix. decri. de reform.

Decretum de imponenda penitentia peccatorum grauitati congruente, sess. xix. cap. viii. in decri. de punit.

Decretum de operibus satisfactionis, ibid. cap. ix.

Decretum contra publicè peccantes, sess. xxiv. cap. viii. decri. de reform.

Decretum de hospitalitate, sess. xxv. cap. ixx.

Hic R. D. Ormanetus Vicarius, ut vir erat prudens, & in primis antiquæ disciplinæ magister, grauissimum sermonem habuit, cum de cleri institutione, tum de Tridentinis decretis yniuersis, quæ aut lecta, aut præ temporis angustia essent omisla, planè exequendis, atque in omnem ysum inducendis.

Id quod studiosius fieret, decreto iussit, yniuersos singulosque ecclesiasticos homines Concilii Tridentini volumen sibi comparare, habere, legereque accuratè, atque adeo in primis eius decreta executi. Et nam præterea grauissimam sanctuit

eruit contra eos, qui sècus quām eo de-
creto cautum eslet fecissent.

Persecutus est etiam alio disertissimo
sermone Palmius Iesuita omnem Tri-
dentini Concilij disciplinam.

Post de libro Pontificali publicè lecte
sunt clero frequentissimo statæ illæ mo-
nitiones.

Quibus lectis ritè absoluta & demissa
synodus est processione solenni.

SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS II.

QVAM ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

Carolus Borromæus S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S.

Præxidis, Dei & Apostolicæ Sedis gratia

Archiepiscopus Mediolani,

Habuit anno à Chr. nat. M. D. L X V I I I . die I I I . Augusti.
Pio V. Pontifice.

In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.



T Christiana pietas
in vrbe & diœcesi
nostra non conserue-
tur solum, sed augea-
tur etiam, ijs maxi-
mè virtutibus, qui-
bus Iesus Christus
Dominus noster, ab ijs qui diuino se cul-
tui dediderunt, & augeri, & conseruari
voluit, vix innocentia, moribus sanctis
simis, & castissimo cultu: illud nos cum
omni æbuitate couiunctum esse censui-
mus, vt Mediolanensis hæc nostra Eccle-
sia, quemadmodum ex sancti Ambrosij
institutione proprijs & quibusdam cer-
tis ritibus moribusq; vtitur; ita vnâ cu
ijs quæ prouinciali Concilio à nobis iā
sancta sunt, præcipuas Synodales consti-
tutiones haberet, quibus omnibus vti-
par est se se conformando, vniuersus hu-
iis vrbis diœcesisque nostræ clerus, &
in diuino cultu, & in verae clericalis vir-
tutis disciplina se piè sancteque exerce-
ret. Sed quoniam nondum visitationem
omnem absoluimus, neque per occupa-
tiones, quibus multis ijsque grauissimis
in hoc pastoralis curæ munere distin-
mur, alia item multa cōsequi potuimus,
quæ ad illas pias conficiendas vñi erat
necessario; id propterea præstare mini-
mè nobis licuit, quod vel maximè cupie-
bamus, & optabamus quidem certè. Su-
mùs tamen eo animo eaque mente (id
quod etiam nos valde curabimus) vt si
vita nobis suppetet, proximo sequenti
anno cum primum aliam Synodum ha-
bebimus, id ipsum Dei in primis ope at
qæ auxilio perficiamus, cùm ad anima-
rum salutem, tum ad diuini cultus chri-
stianæq; pietatis amplificationem. In-
tere vero hac ipsa nostra diœcesana Sy-
nodø, primum quæcumque ad Dei om-
nipotentis cultum, & ad clericorum mo-
res vitamq; conformandam prouinciali
Concilio à nobis Coepiscoporum no-
strorum assensu constituta sunt; ea vobis
qui hunc in Synodum conuenistis, legi
& recitari voluimus; quò illa sèpè re-
petita, diligenterque animis & menti-
bus veltris impressa, omnia vt certè de-
betis, quo maximo potestis studio, inuo-
latè sancteque obseruetis. Reliqua ve-
rò, quæ hoc ipso diœcesano conuentu à
nobis, Tridentini etiam Concilij iusl, more
que maiorum habito, decernenda
& promulganda cōsuimus, pauca ea qui
dem sunt: quæ partim ad quarundam
prouincialium nostrarum constitutio-

A 2 num